

REGULA S. AUGUSTINI  
ET  
CONSTITUTIONES  
FF. ORDINIS PRÆDICATORUM

*Nunc recentè reimpressæ*

Jussu Reverendis. Patris ANTONINI CLOCHE,  
ejusdem Ordinis Magistri Generalis..



*Imple Pater, quod dixisti nos tuis  
juvans precibus*

R O M Æ , M. DC. XC.

Typis Nicolai Angeli Tinassij. Superiorum permissu.

# FR. ANTONINUS

## C L O C H E

Sacrae Theologiae Professor, ac totius Ordinis  
Fratrum Praedicatorum humilis Magister  
Generalis, & Servus.

*Universis, & singulis ejusdem Ordinis Patribus,  
ac Fratribus salutem in Domino, ac solli-  
citam Legum nostrarum custodiam.*



**L**INTER plurima, quæ pro sta-  
biliendo magis Ordinis nostri  
communi bono, in præterito  
proximè Capitulo à Patribus  
proposita, & necessaria existimata sunt,  
illud non postremum omnibus visum  
est: ut nova Constitutionum nostrarum  
editio studiosissimè curaretur; cum jam  
distractis aliarum omnium editionum  
exemplaribus, jamque usu consumptis,  
perpauca, in quibus Religiosi suas Le-  
ges addiscant, reperiantur. Hinc etiam  
sperandum fore existimatum est, ut fa-  
cilis refectis quarundam Provincia-  
rum, vel Conventuum pravis consuetu-  
dinibus, ad uniformem observantiam



INCIPIT  
REGULA  
B. AUGUSTINI  
EPISCOPI.



Nte omnia; Fratres charissimi; diligatur Deus, deinde proximus, quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Hæc igitur sunt, quæ ut observetis præcipimus, in Monasterio constituti. Primum, propter quod in unum estis congregati, ut unanimes habitetis in Domo: & sit vobis anima una, & cor unum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium; sed sint vobis omnia communia. Et distribuatur unicuique vestrum a Præposito vestro victus, & tegumentum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius unicuique, prout cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum, quia erant illis omnia communia, & distribuebatur unicuique, prout cuique opus erat. Qui vero aliquid habebant in seculo, quando ingressi fuerint Monasterium, libenter velint illud esse commune. Qui autem non habebant, non ea quærant in Monasterio, quæ nec foris habere po-

*Regula B. Augustini Episcopi.*

omnes; non sunt servi sub lege, sed sicut liberi  
sub gratia constituti. Et autem vos in libello hoc  
tamquam in speculo peccata inspicere, ne per obli-  
vionem aliquid negligatur, formal in scriptura vos

***Reimprimantur,***

**Si** videbitur Reverendiss. Patri Magistro Sacri  
Palatii Apostol. Datum Romæ hac die 10. men-  
sis Septembris 1689.

*Stephanus Joseph Menattus Episc: Cyren.  
Vicesger.*

*Explicit Regula B. Augustini  
Episcopi.*

***Reimprimantur,***

**Fr. Thomas Maria Ferrari Sacri Palatii Apostol.  
Magister, Ordinis Prædicat.**



I

# PROLOGUS IN LIBRUM CONSTITUTIONUM

## Fratrum Ordinis Prædicatorum .



**C**UPIENTES nonnulla loca Constitutionum nostri Ordinis Prædicatorum declarare, à titulo exordium sumendum esse censemus: declarantes, quòd hoc Nomen **PRÆDicatorum**, fuit Ordini nostro impositum à Papa Innocentio III. per litteras, quas direxit B. Patri **DOMINICO**, & Sociis ejus: & ab Honorio III. fuit hoc nomen approbatum, & à Gregorio IX. in Bulla Canonizationis Beatiss. Patris **DOMINICI** confirmatum; ac demùm ab aliis Pontificibus commendatum: qui miris laudibus, & præclarissimis privilegiis prædictum Ordinem exornarunt. Unde Dominus Alexander IV. in laudem, & commendationem præfati Ordinis sic dixit: Cœlestis ille Agricola summus auctor fidei, præcipuusque protector, sacrum Fratrum Prædicatorum Ordinem, quasi lignum fertile in Ecclesiæ Paradiso inseruit, ut delectaret amoenitate, ubertate satiaret, & fructuum suavitate mulceret. Hoc itaque specio-

sum, foecundum, ac dulce lignum, imbre superno irrigatum, pulchra plurima, ac dulcia poma profert: quorum odore, ac sapore confortantur, & convalescunt debiles, variisque detenti languoribus liberantur. In hoc utique vitæ ligno mortales homines carnis infirmitatibus prægravati, pabulum salutis inveniunt, & internam recipiunt sospitatem. Hujus, inquam, ligni percepta fragrantia, undique ad libamen ipsius concurrunt innumeri Professores fidei: qui assidue illo perfruentes, & ejus salutaribus fructibus convalescentes, de ipsorum prægustata dulcedine, ministrant & ipsi aliis suavia libamenta salutis. Hæc est illa generosa plantatio, quæ ramos suos undique expandens, flores plurimos honoris, & honestatis, fructusque uberrimos doctrinæ profert, & virtutis, & odorem sanctæ, ac laudabilis conversationis longè, latèque diffundit. Hic est Ordo Sacer Prædicatorum, honestate floridus, præclarus scientiâ, virtute foecundus, à Sede Apostolica meritò approbatus: qui inter

I N C I P I U N T  
C O N S T I T U T I O N E S  
Sororum Ord. Prædicatorum.

P R O L O G U S .



UONIAM ex præcepto Regulæ jubentur Sorores habere cor unum , & animam unam in Domino ; iustum est , ut quæ sub una Regula , & unius professionis voto vivunt , uniformes in observantia canonicæ Religionis inveniantur : quatenus unitatem , quæ interius servanda est in cordibus , fo-

veat , & repræsentet uniformitas exterius servata in moribus . Quod profectò eò competentius , & plenius poterit observari , si ea quæ agenda sunt , scripto fuerint commendata ; si omnibus qualiter sit vivendum scriptura teste innotescat ; si mutare , vel addere , vel minuire nulli quidquam propriâ voluntate liceat : ne si minima negligant , paulatim defluant . Ad hoc tamen in Conventu suo , quæ præest , dispensandi cum Sororibus habeat potestatem , cum sibi aliquando videbitur expedire : nisi in his , in quibus Magister Ordinis , vel Prior Provincialis , vel eorum Vicarii ex causa aliter ordinarent . Priorissa etiam utatur dispensationibus , sicut & aliæ Sorores . Ut igitur unitati , & paci Sororum provideremus , librum istum , quem Constitutionum appellamus , diligenter conscripsimus : per certa Capitula infra scripta distinctum , ut quod quæretur facilius inveniatur . Declaramus autem , quòd Constitutiones non obligent Sorores ad culpam , sed ad poenam tantum , nisi propter præceptum , vel contemptum ,



INCIPIUNT  
 COMPENDIOSA  
 CHRONICA  
 REVERENDISSIMORUM  
 MAGISTRORUM  
 GENERALIUM

*Ordinis Fratrum Prædicatorum.*



DOMINUS noster, & Salvator Jesus Christus, verus Samaritanus, infundens misericordiosissimè fauciato vulneribus pleno vinum, & oleum, immò ut verus paterfamilias messem videns quamplurimam, operarios autem paucos, novissimè diebus istis misit operarios in messem suam. Posuit quoque messores ad fructus uberes in agro Dominico colligendos, Fratres de Ordine Prædicatorum, qui prædicando verbo pariter & exemplo, confessiones audiendo, ac per alia virtutum exercitia Hæreticorum propulsarent vitia, & extirparent, mundum errabundum verbo doctrinæ illustrarent, tenebris profugatis. Qui supradicti Fratres in spiritus fervore, abjectis sarcinis mundanarum facultatum, calceati pedes in præparatione Evangelii, pro proximorum salute multis laboribus, & vigiliis, ac periculis, non solum apud Christianorum nationes, verùm in diversarum regionum partes se disperferunt; morti se pro Christo exposuerunt, & quotidie perseverant reddere Domino populum acceptabilem, etiam in terris